

bium cum monachis *aluastrensibus* fecisse prediorum, videlicet, quod predia nostra in osgocia que possidemus in villis que dicuntur meøȳm & folalyso monachis supradictis dedimus in perpetuum possidenda, ita quod nos in swecia mansionem que dicitur ramshamar cum omnibus suis attinenciis recepimus iure perpetuo possessuri. Vnde ne istud concambium aliquorum falacia possit in posterum infirmari, presentem litteram sigillis suppositis videlicet illustris regis swecie M. & dominij lincopensis Episcopi, ac nostre matris, nostrique duximus roborandam. Datum anno dominij M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>IX<sup>o</sup>.VI<sup>o</sup>. j<sup>o</sup>ds Julij.

Sigillen: 1, 2, 4, något skadade, hänga å linnetråd; 3 bortfallet.  
På baksidan: De mem.

1003.

1289 d. 22 Aug.

OLOF Marskalks och dess syster OLÖFS gåfvobref på Sätuna, hvilket med hennes dotter blifvit gifvet till Wreta kloster.

A. 3. t. 1. 5.

Omnibus christi fidelibus presentes litteras visuris uel auditoris, HAQUINUS maraschalchus & OLOF, sua soror in domino salutem, tenore presencium constare volumus tam presentibus quam futuris, nos possessionem quam nos nostrique predecessores in sætunum possederamus ab antiquo cum omnibus sibi attinentibus cum filia diete Domine Olofo, monasterio de Wreta donatione sollempni perpetuo contulisse, Ne igitur super premissa donatione dicto conuentui aliqua possit in posterum columpnia suboriri in testimonium & euidenciam geste rei presentes litteras memorato damus conuentui nostrorum roboratas munimine sigillorum, Actum & datum anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>IX<sup>o</sup>, j<sup>o</sup>n octaua assumptionis virginis gloriose.

Bägge Sigillen äro skadade.

1004.

1289. d. 8 Sept.

Skara.

Biskopen i Skara BRYNOLFS aflatsbref för dem, som besöka Wreta kloster.

A. 3. t. 1. 6.

Uniuersis presentes litteras inspecturis. BRÛNIULPHUS miseracione diuina Scarensis Episcopus Salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere uenit, &c, *lika med N:o 534 till aptiores*. Cupientes igitur ut ecclesia Beate uirginis Wretis parrochie wretis j<sup>o</sup>n øsgotia. Monasterij sanctimonialium, ordinis Cisterciensis. lincopensis dyocesis. Congruis honoribus frequen-

tetur, Omnibus uere penitentibus & confessis qui ad ipsam Ecclesiam in festis subscriptis, videlicet in die et anniuersario dedicacionis ipsius ecclesie, In festis Natiuitatis, Resurrectionis, Ascensionis Domini, Pentecostes, Sancte & indiuidue Trinitatis, Perpetue Virginis Marie, Michaelis Archangeli, Johannis Baptiste, Apostolorum Petri & Pauli, Johannis ewangeliste, Laurencij et Vincencij, Martirum. Beatorum Confessorum, Benedicti & Bernardi, Marie magdalene, et Scolastice virginum, Omnium sanctorum et per Octauas omnium sollempnitatum predictarum, causa deuocionis accesserint, uel manum porrexerint adiutricem, Nos de omnipotentis dei misericordia & beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, vnam Quadragenam annis singulis de iniuncta sibi penitencia, dummodo consensus & uoluntas diocesani accesserit, misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum Scaris Anno Domini, Millesimo, Ducentesimo Octogesimo Nono. In Natiuitate Beate virginis.

Sigillet, hängande i hvita och bruna trådar, är något skadadt.

1005.

1289. d. 25 Nov.

Lund.

Dom-Prosten i Lund, Tungors Testamente, innehållande anslag af fastigheter till underhåll af ett altare i Domkyrkan, till årsbegängelse, m. m.

B. 1. 311.

*Testamentum prepositi trugoti in quo est fundacio altaris ipsius cuius presentacio pertinebit ad fabricam Et eius anniuersarium tenebitur de bonis in sandby.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego magister TRUGOTUS prepositus lundensis. sanus mente et corpore horam mortis ineuitabilem que michi magis ac magis. diebus suo cursu pretereuntibus appropinquat. piis operibus caute cupiens preuenire. in hunc modum meum condo testamentum. Lego igitur in primis ad altare per me constructum in ecclesia beati laurencii lundis in honorem sancte marie virginis et beati johannis ewangeliste et sancte katerine. iuxta quod meam eligo sepulturam. omnia bona mea in østre othørslef quam emi de domino allone presbitero cum omnibus mobilibus et immobilibus ad me pertinentibus in eadem. Jtem tres curias meas in rasryth in parochia æspingæ. cum omnibus suis. mobilibus et immobilibus. sub hoc modo scilicet. vt presbiter qui ipsum altare officiauerit pro tempore. redditus ex iam dictis bonis prouenientes. libere percipiat annuatim. excepta vna sola marcha. quam ad ornatum altaris supra-